

# De discipl. & perfec. monast. conuers.

85

dare statui apud me seruorum Christi ultimum, talentuli mei spiritualia cumulare. lucra ad laudem Dei mei, atque simplicibus fratribus in cœnobis & congregationibus Deo dicatis conuentibus, quæ iplorum statui congruant, referare. Magnum nempe pietatis opus est, atque Deo sati acceptable sacrum, dæmonum fallacias detegere, vitiorum actus & cauas aperire, virtutum altitudinem pandere, certamina spiritualia docere, & monasticæ conueratio- nis disciplinam, & perfectionem manifestare. Hoc in quantum arduum, quamvis imperito laboriosum sit, cognitum tamen Dei sapientia operante in linguis, difficile non est. Nempe ipsa est, quæ mutorum soluit ora, & infantium linguis disertas facit. Ipsa olim puerum Dauid prophetam fecit, piscatorem Petrum implens doctorem egit eximium, & ut plurimum, ex ore infantum & lactentium perfecte laude suam. Mirum quippe & nunc non erit si ad laudem nominis sui, & suorum profectum seruorum simplicium, per homunculum indoctum, & hebetem opulicum hoc perficere dignabitur. Eo namque gloriose cognoscetur, quo per instrumentum fractum & inutile veritatem suam pronunciare dignabitur. Adesto igitur nunc & inreata sapientia, & de altitudine sedium tuarum illabore micanti lumine gratia tua in cor indigni seru tui. Fuga ostendit diuina maiestatis, ostendit paterna gloria, ostendit meridianus lux, ostendit munera, plius erroris tenebras claritate tua alme veritas, & illi reuelare digneris incerta & occulta sapientia tua, quatenus te solo intus docente & non alio, promat militibus, & seruis tuis in monasteriis, & congregationibus tibi famulatibus, quibus se pre- munire debeant spiritualibus armis, antequam in hunc durum & diuturnum conflitum conueratio- nis monasticæ ingrediantur, quæ agere, quæ decli- nare, & qualiter in eodem cum hostibus eos oporteat decertare, nec nō quibus exercitiis ad perfectio- nem valeat peruenire. Hoc autem (ut nō solum) propriis viribus attentare non audet exiguis seruus tuus, quia impates sunt. Elus vero tuus, & de bonitate tua cōcepta fiducia, atque fraterna dilectio præbent illi au- sum fandi de talibus. Da ergo ostendit aeternam pruden- tiam & sentientiam seruoli irriquum inferius, & irriquum superius, ut recte, humiliter, & absque errore arcana proferat huius sancti cōflictus ad laudem glorie tua, & tuorum profectum fidelium, qui puro corde tibi famulari desiderant viuenti in secula.

**QVALITER DEI PIE-**  
TAS LABENTI HOMINI AB INNO-  
centia statu triplex & lege peccatorum remedia  
contulit, atque in tempora plenitudine misit  
vngenitum suum, ut verbo, & exem-  
plio fideles ad contemptum mun-  
di, & virtutum palmam  
accenderet.

C A P. I.

**D**Ostquā paradisi gaudii per priorum parētum præuaricationem expulsum est humanum genus in hanc lacrymabilem peregrinationem errumnis ple- nam, sicut multarum particeps cala-

mitatum effectum esse cognovimus, ita ingentibus delictis obnoxium non ambigimus. Vnde si exigē- tibus meritis semper ad ima dilapsum est, amittendo prælita, & perpetrando prohibita. Quia in re medalari pietate permota ac paterna attracta miseratione diuina clemens, ne ad nihilum deueniret quod cō- didit, vicerat sua benignitas super exulē agrotum aperuit, atque succedentibus temporibus opportuna eius adhibuit medicamenta vulneribus. Dedit enim in primauo natura legem mortalium cordibus insitam, qua ducere contemptores mandatorum conditoris, reparentur ad vitam. Adiunxit nihilominus huic sacrificio pro expiatione facinorum, quatenus qui in multis per singula quæque momenta offendebantur, talibus munericib; placaretur deus, operante hoc offrentium fide. Crescente autem hominum mali- citia ita inolevit peccatum, ut pene originalis iniuria deleteret. Proinde addidit omnipotens per sanctum puerum suum prophetam decalogi legem, in qua iudicia, ceremonialia, & moralia edidit præcepta, ut transgressoribus naturalis decretu tolleretur per paginas Dei digito conscriptas omnis excusationis materia, patenter indicans qualiter Deum placare, illique placere deberent. Hanc secundū prævaricatus est homo Dei legem. Discelsit namque a seipso, rationis amissio lumine. Recelsit à patre obedientia spredo bono, & in regionem longinquam peregre profectus est, in qua distracto patrimonio natura- lium, gratuitū inque donorum omni se tradidit voluptati. Sicque iusto Deo iudicante factum est, ut qui in propria domo virtutem fuerat dominus, in aliena venundatus cunctorum vitiorum efficeretur seruus. Iacebat denique elatus, qui noluit stare subiectus, & qui longe plus catenis animantibus præcellebat di- gnitate, ad ipsorum aequalitatem redactus est sua ini- quirare, hoc attestat Propheta, qui ait. Homo quum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus, & similius factus est illis. Vnde omni humano atque proprio destitutus auxilio solo cœlesti iuvandus erat adiutorio. Complacuit itaque aeterna bonitati etiam tertio noua homini remedia præflare salutis, aut quæ innatae olim aboleuerat legem, & aliam per ministeria angelorū sibi datam cōtempserat, noua iterum lege erigeretur. Dum igitur medium silentium tenerent omnia, & mortale genus hominum in maximo peccatorum factore ia- ceret proflatum, atque sub diro fauissimi tyranni dominio teneretur captiuum, venit in temporis plenitudine vngenitus Dei patris per carnem ad homi- nes homo factus. Apparuit in homine visibili inuisibilis deus, cum hoste pugnaturus æquitis lance, qui post humiliam reclinationem in praesepio, post pœnalem sanguinis effusionem in circuclione, post peregrinationem in Aegyptum pro intentata nece, post gloriosos tētationum triumphos in eremo, post illuminationem cœrorum, sanitates infirmorum, resurrectiones mortuorum veluti rex pacificus ma- gniculique dominus, & triumphator in omnib; glo- riosus valedeitus suis in natura paſſibili tribuit & ipse legem cateris sanctiorem. Tradidit mandatum dilectionis, ut hoc uno reliqua completeretur, & quod alius debeat, isto suppleretur. Lex hac caritas est, lex amoris, lex dulcedinis & totius suavitatis, lex perfe- ctionis & sanctitatis, lex nempe quæ leue facit omne

Psal. 48.

Sap. 18.

Laur. Iustin. h onus.